



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXXVI. Lauretana bonorum. An per consensum præstitum alienationi censeatur solùm remissum fideicommissum conservatorium ordinatorium in casu mortis, Vel potius etiam situd quoad eminentem, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

LAURETANA BONORUM

P R O

JOANNE ANTONIO DE BELLIS

C V M

JOSEPHO CLEMENTE.

*Casus disputatus coram A.C., incertus
est exitus.*

An per consensum præstitum alienationi censeatur solum remissum fideicommissum conservatorium ordinatum in casu alienationis, non autem restitutorium in casu mortis, Vel potius etiam istud quoad ementem, remanente jure fideicommissi in pretio, Et quomodo istud sit regulandum.

S Y M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quod consensus præstitus per vocatos ad fideicommissum alienationi, inducat tantum remissionem fideicommissi penalis, & conservatorii, non autem restitutorii de futuro.
- 3 Distinguitur consensus tacitus ab expresso, & quoad tacitum remissive.
- 4 Declaratur conclusio de qua num. 2., ut procedat quoad actionem competentem fideicommissario consentienti contra gravatum alienantem ad pretium.
- 5 Secus autem ad ipsam rem alienatam vindicandam si consensus est expressus.
- 6 Quale pretium attendi debeat pro regulando valore rei per gravatum alienata, ac reintegracione in pretio.

D I S C. CLXXVI.

EMente Joanne Antonio controversam domum fideicommissio subjectam ab illius possessore cum consensu Josephi vocati & proxime successuri; Cum sequuta venditoris morte, ob quam apertum est fideicommissum ad favorem præfati Josephi, hic contra dictum Joannem Antonium iudicium instituisset coram A. C. pro dicta fideicommissaria domus vindicatione, excipiente reo de dicto consensu, replicabat actor illum præstitum ceteri, suamque operationem jam fecisse pro remissione fideicommissi penalis vel conservatorii, quod aliàs ex tunc illicò sequuta venditione ad sui favorem apertum esset, & sic pro eo jure de præfati, trahendum verò non esse ad aliud fideicommissum restitutorium de futuro per casum mortis purificatum, eum in exorbitantibus inducenda non sit multiplicatio operationum, sed sufficiat unam adesse, per

quam fatuitas excludatur, atque effectum reu-
retur effectum ex auctoritate Bar. in l. qui
duo fratres nu. 26. ff. de verb. oblig. & in l. fideicommissum
ante nu. 2. ff. eodem, sequitur Bar. in l. de quibus late
Berous conf. 64. lib. 1. sard. nu. 4. cum sequen. & sequitur
Rota Dec. 199. nu. 4. & dec. 724. per totum par. 4. recen. tom. 3. & l. 1.
nu. 3. par. 5.

Scribens Ego pro Joanne Antonio reo dicebam, quatenus pertinet ad reor. Bar. in pra. illam esse veram in suo casu, sed fallaciam consistere in applicatione, quam præfati Consensu et si docti Jurisconsulti, male faciunt, quia in portunitas causæ exigebat; Si quidem in hoc proposito duo casus distinguuntur, uno expressus taciti seu impliciti resistentis à præfati & contradictione, & tunc cadere potest effectus quod non multiplicentur fictiones & specialitates consensu ita præsumptus hanc duplicem mentionem non faciat, sed sufficiat prima; Quod riter considerari solet respectu illius consensu virtualis ac impliciti, qui deducitur ex claris verbis contentis in divisione, per quam remissum fideicommissum remissum non ceteri, ut in aliis, & in his terminis procedunt plures auctoritates ac rationes de quibus apud Berous & supra, & alios, de quo casu in præfati actum fuit, neque examinata veritas hujus consensu in effectu est magis facti quam juris et ipsa qualitate ac circumstantiis decidenda, cum necessitas id non exigeret ob interventionem consensu expressi, dum Curia stylus hujusmodi evagationes prohibet.

Alter casus est consensus expressi, quatenus ad fideicommissum, ejusque proxime successioni habens præfati ipsi alienantem, tunc duplex cadit questio. Una super remissione fideicommissi tam quoad eum, quam facta est alienatio, quam contra ipsum gravatum alienantem, ita ut facti casu fideicommissi restitutorii, nulla consentienti competere debeat ob hujusmodi alienatione, & tunc vere de propriis cedit d. theoria Baroli, quod scilicet consentienti vocatum præfati, operetur quidem remissio caducitatis ac fideicommissi penalis alia de actu alienationis resistentis, non autem remissionem fideicommissi restitutorii, ac de futuro attendi per ipsius alienantis mortem, cum tacite stante consensu fideicommissario integra remanet actio petendi fideicommissi reintegracionem valore seu pretio rei alienata, ut habemus per teralia & communem traditionem DD. quæ agunt Fusar. q. 560. Castill. tom. 5. contro. sup. l. 1. apud Merlin. des. 831. & 844. Bonon. l. Luparia 12. Decembris 1659. coram Merlin. & præfati cum sit principium absolutum, quoties facta est stantia aliter non suadeant super omnimodum remissione.

Aut verò agitur de præjudicio restitutorio consentienti, ad effectum, ut præfati facti remissionem & io agendi contra eum, in quem facta est alienatio, & tunc quidquid dicant Berous & Sars. duo ubi supra, & similes, omnino verius magisque recipere talem consensum præjudicare, cum emptor non contraxisset, nisi credidisset per hujusmodi consensum vocati ipsam alienationem volentem, ac remanere, ipsamque rem libertatem agere, ut pro absoluto supponitur in præfati actiois decisionibus consentienti actionem reintegracionem ad pretium contra alienantem, ac finemque

antiquioribus relatis, *Menoch. lib. 3. presump. 115. nu. 51. Peregr. art. 52. num. 55. Honded. consil. 33. num. 33. in l. 1. §. 1. de leg. 1. bene Castill. tom. 5. controv. cap. 89. num. 121.* ubi dicit istam opinionem esse communem & receptam absque controversia, atque ad hunc effectum rectè procedit propositio, quod paria sunt alienare ac alienanti consentire, ut in effectu est, ita quotidiana praxi comprobante, ideoque ita credo in ista causa judicatum, quamvis adhuc sim incertus, cum post unicam disputationem de illa amplius actum non audierim.

In proposito autem dictæ obligationis, quam gravatus qui alienat, habet reintegrandi fideicommissum de pretio rei alienatæ non obstante vocati expresso consensu ut supra, in d. *Bonon. de Lupariis coram Melio*, de qua habetur actum sub tit. de detractionibus, cum ejus principalis punctus versaretur super modo imputandi dictum pretium in detractionibus legales vel accidentales, ut ibi, actum fuit de tempore quod attendendum esset circa rei valuationem, & quale pretium pro reintegratione deberetur.

Dicebam enim Ego scribens pro Insulano volente evitare imputationem ipso jure ab initio ad plures proficuos effectus resultantes, an illa in uno vel in altero tempore sequi deberet, attendendum esse tempus, in quo fideicommissi restitutio petitur, ex ea clara ratione, quod subrogatum regulandum est jure illius rei, in cuius locum fit subrogatio, nnde propterea quemadmodum si alienatio sequitur non esset, gravatus illius restitutionem evitare non posset, quantumvis illa ex beneficio temporis seu alias intrinsecum augmentum accepisset, & e converso fideicommissarius illam recipere cogereur, neque ad aliud gravatus teneretur, quantumvis non culposum decrementum passa esset, idcirco ad istius temporis limites pretium regulandum est, ut ceteris relatis firmatur per *Rotam d. dec. 831. num. 10. & 11. & dec. 344. num. 2. apud Merlinum.*

His tamen non obstantibus Rota in dicto casu absque difficultate processit cum pretio, pro quo facta erat alienatio, atque in hac parte, reflectendo ad veritatem, mihi visum est bene processum fuisse; dicta enim conclusio est vera, recteque procedit in ea alienatione, quæ illicitè contra prohibitionem legis, multoque magis, si huic illa etiam hominis accedat, fieret per gravatum sine consensu vocatorum, aut absque alia legitima facultate, tunc enim res habetur pro extante ac non alienata, solumque lex fideicommissario tribuit privilegium ac favorem electionis agendi, vel ad ipsam rem alienatam vindicandam, vel ad pretium contra ipsum alienantem ex deductis in mox allegatis decisionibus *Merlini* cum aliis de quibus supra in *Mantuana disc. 173.* ideoque si res habenda est pro extanti, illius valor de presenti attendi debet; Secus autem ubi alienatio facta est de consensu vocatorum, tunc enim attendendum esse pretium, pro quo alienatio facta est, advertitur apud *Fusar. d. 9. §. 60.* & tanquam absolute solum supponitur in pluribus decisionibus editis in d. *Bonon. de Lupariis coram Melio, Bourlemont, & aliis*, ex ea clara ratione, quamvis apud allegatos non assignata, quod ita per quamdam speciem permutationis seu concordie inter gravatum alienantem, ac fideicommissarium consentientem, jura fideicommissi transmutata fuerint de specie ad quantitatem ita non alterabilem, quod quandoque fideicommissio expedit, ad evitandum ruinam vel peremptionem aut diminutionis periculum, aut quia occasio

Carâm, Luca de Fideicom.

præbeat inveniendi emptorem, qui ob affectionem, vel aliam commoditatem caro ac majori pretio emat, cum similibus; Adinstar eorum, quæ habemus in materia dotali super transmutatione dotis de specie ad quantitatem, vel e converso de quantitate ad speciem cum similibus, cum ita res æque se habeat ad lucrum & ad damnum ob futuram contingentiam augmenti vel decrementi.

CATACEN. HÆREDITATIS vel FIDEICOMMISSI

PRO

HORATIO SCOGGIO

CVM

CONFRATERNITATE SACRAMENTI, & aliis.

Casus decisus per Rotam pro Horatio.

An facta necessaria vel voluntaria alienatione bonorum fideicommissi, si ex pretio alia bona quæsitæ sunt, illa pertineant ad fideicommissum, eique jure subrogationis quæsitæ censentur, vel potius pertineant ad gravatum acquirentem, qui remaneat solum fideicommissi debitor in pretio;

Et incidenter aliqua de fructibus non exactis, vel perceptis per gravatum de tempore facti casus fideicommissi, an pertineant ad ipsum ejusque hæredes, vel potius transeant cum fideicommissio ad fideicommissarium.

Et an per divisionem censentur remissum fideicommissum.

SUMMARIUM

1. **D**È testamento cominente heredem incertum an corruat vel sufficiat conjecturalis certificatio.
2. **F**acti series seu casus controversia.
3. **R**esolutio cause.
4. **R**egulariter acquisitiones facta per heredem gravatum de pecunia fideicommissaria, sibi acquiruntur & de ratione.
5. **D**e conclusionibus an acquirens de aliena pecunia sibi acquirat remissivè, quodque illa extranea sit à casu fideicommissi.

Mm

& Quæ